

Secunda pars. Fol. LVIII
Propositio. LIII. Secūde partis.



Quantus arcus ecliptice debeat cui
cunq; ascensioni vel descensioni oblatae in sphaera obliqua p̄scrui
tari. ¶ Oblatum arcum ascensionis numera in aequatore a princi
pio sectionis vernalis; & finem numerati arcus applica praecisus
quo potes horizonti obliquo orientali & illico gradus eclipticae
eundem horizontem tangens palam faciet tibi arcum ecliptice huic

ascensionis debitum scilicet signa & gradus a principio Arietis vsq; in gradum conta
ctus. ¶ Si autem per limbam operari volueris; computa arcum oblatae ascensionis in gra
dibus limbi a linea horizontis recti orientalis versus meridiem & ultra si opus fuerit;
& fini iunge principium Arietis & gradus eclipticae tangens horizontem obliquum
negocium tibi absoluet pro modo iam supra exposito. ¶ In exemplo. Offeritur mihi
ascensio obliqua arcus stelle aut gradus ecliptice. 105. graduū; quos si in aequatore co
putauero & finem centesimi & quinti gradus horizonti obliquo exortiuo iunxero.
Video quintum gradum Leonis horizontem tangere. Vnde concludo arcum eclip
tice; oblatae ascensionis debitum esse quattuor signorum & quinque graduū. Idem est si
numerauero. 105. gradus in limbo ab horizonti recto orientali versus meridiem & ul
tra & fini adiumento ostensoris principium Arietis copulauero; habeo vt antea quin
tum gradum Leonis in horizonte. Vnde infero vt supra. Haec de arcu ecliptice. quae
ascensionis debetur. Nunc de arcu eclipticae quae descensionis propositae respōdet bre
uiter dicemus. Propositam descensionem supputa in aequatore ab initio. Arietis. & ter
minum eiusdem descensionis iunge horizonti obliquo occidentali; quo facto gradus
ecliptice eundem horizontem tangens indicabit tibi arcum ecliptice huic descensio
ni debitum a principio Arietis numerandum. ¶ Si autem te delectat operatio in gra
dibus limbi. Arcum oblatae descensionis numera in gradibus limbi; sumendo prin
cipium numerationis a linea horizontis recti occidui procedendo versus lineam me
die noctis & ultra fm numeri quantitatem si opus fuerit. & fini adiumento ostensoris
iunge principium Arietis. & gradus eclipticae horizontem obliquum in parte occi
dentis possidens pandet tibi arcum eclipticae a sectione vernali supputandū. ¶ Ex
emplum breue; proponitur mihi descensio aliqua alicuius gradus eclipticae aut stel
le. 105. graduum quos computo in aequatore ab initio Arietis & vltimum gradum.
scilicet quintum post centesimum applico horizonti obliquo occidentali & video iam
memoratum horizontem tangere eclipticam in. 18. gradu Geminorum. Vnde infe
ro arcum ecliptice propositae descensionis respondentem esse duorum signorum & 18.
graduum quod fuit peritum. sat est.

EXEM
PLVM.

EXEM
PLVM

Propositio. LIII. Secūde partis.



Ratitia duodecim domorum celi facile con
stituire. ¶ Equandarum domorum ex nostro astrolabio duos accepimus
modos. ¶ Quorum primus est Nicephoro Philosopho Greco Messa

K ij